



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Omnia Latina Scripta Matthiæ Flacij Illyrici

Flacius, Matthias

Magdeburgæ

VD16 F 1296

Pio Lectori Veram salutem ab unico seruatore Domino Iesu. Matth. Flacius
Illyricus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36647

PIO LECTORI VE
ram salutem ab unico seruatore
Domino Iesu, Matth. Flacius
Illyricus,

DE multis rebus in tota uita homi-
nes ideo tantum non recte iudicant,
quia destituuntur his hypothesibus,
magis esse amandum & timendum
DEVM, quam homines, plurisque
coelestia quam terrena bona facienda
esse. Fit enim propterea plerumque,
ut magis hominum quam DEI gratiam
ambiant, & odium fugiant, magisque
tum consequi terrena, quam coelestia
laborent, tum de iisdem amissis doleant.
Atque ita inuertunt duas illas Christi
rerum agendarum pulcherrimas regulas.
Sentiunt enim illos timendos,
qui possunt corpus interficere, & non
eum, qui tum corpus tum animam perdere
potest. Item quaerenda esse primum
terrena bona, postea coelestia ultro,
uel contemnentibus ea, accessura esse.

Etsi autem talis peruersitas semper
in hominibus fuit, postremis tamen
temporibus istum DEVM Ventrem

G

magis

Pio

magis regnaturum, quam unquam ante
tea, etiam CHRISTUS indicat, cum suos
monet, ut sibi a tali epicureismo caueat
inquiens, Luc. 21. Cauete uobis, ne for-
te grauentur corda uestra crapula &
ebrietate, & curis huius uitae, subitusq;
uobis ingruat dies ille. Sed cernimus,
proh dolor, etiam experientia, quam
homines nostro saeculo penitus uentri
addicti sint, aeternaq; illa bona, quae no-
bis CHRISTUS acerbis, morte acquisiuit,
petulanter negligant.

Id enim cum aliunde manifestum
est, tum ex eo, quod, quanquam iam tu
oculis cernant, tum auribus audiant, tu
& propemodum manibus palpent, id
serio agi, qui nobis religionis nostrae
puritas, aeternaq; salus auferatur, adeo
tamen parum hoc tanto periculo mo-
ueantur, ut non tantum ipsi manum
admouere, maloq; resistere nolint, uerum
etiam, si quis alius uel paucillum muti-
at contra hanc tam acerbam pestem, le-
uiterq; eius autores attingat, statim pro
semifurioso habeatur, omniumq; in se
odia, ueluti iniustissimus omnium mor-
taliu, concitet. Exempla non est pro-
ferre

ferre
perue
mine
coelest
ladi
melia
mam
crime
salute
ferun
A
acced
uidet
agi
Adia
prate
tichr
cum
rimu
omn
profo
mata
uide
S
tum
titud

ferre necesse, nimirum enim nota sunt,

Vnde autem hæc tanta iudiciorū
peruersitas? Nimirum inde, quod ho-
mines quam DEum, & terrena quam
cœlestia plurius faciunt. Itaq; homines
lædi non uolunt, DEum affici contu-
melia facile patiuntur. Hominum fa-
mam aliquantulum attingi nefarium
crimen existimant, æternam eorundem
salutem impediri non admodum ægre
ferunt.

Ac, ut aliquanto propius ad rem
accedamus, quanquam nemo iam non
uidet, (nisi qui ultro uidere non uult)
agi nunc ubiq; per ista commenticia
Adiaphora, quinam specioso aliquo
prætextu Euangelij lux extingui, & An-
tichristianismus reduci possit, tamen
cum aliquot pauci contra mutire cœpe-
rimus, DEVS bone quam duriter ab
omnibus laceramur, quam ab omnibus
proscribimur, & plane mundi cathar-
mata esse iudicamur. At quam iuste,
uide obsecro tu ipse pie lector.

Summum crimen, quod cum alijs,
tum imprimis mihi obijcitur, est ingra-
titudo. Vociferantur me esse ingra-

G 2 tum

tum Præceptoribus, quod præsentibus
eorum actiones improbem. Idque sce-
lus, sancti homines, se toto pectore de-
testari aiunt. Ego uero nec ita omnis
humani diuiniq; iuris ignarus sum, ut
nesciam, nos plurimum Præceptoribus
debere. Nec ita etiã breui hoc tempore
obbrutui, ut eisdem gratus esse non cu-
piam. Sed tamen scio etiam Christum
seueriter postulare, ut ipsum, ipsiusq; re-
ligionem non tantum Præceptoribus,
sed & parentibus & liberis, & propria
uitæ, atq; adeo toti mûdo præferamus.
Periclitari autem religionem, atq; ita
tum Dei gloriam, tum & Ecclesiarum
salutem, in istis Adiaphoricis mutatio-
nibus, abunde in sequentibus scriptis
probat. Proinde, si mandato Christi
unici seruatoris nostri præsentibus cor-
ruptelis resistere cogor, quare præ-
termissi erga Præceptores officij accu-
sor?

Patriæ nos primum natos Plato
scripsit, pulchrumq; fuit olim etiam
apud ethnicos publicæ, eiusq; tempo-
rariæ salutis gratia, priuatis uel charissi-
mis, hominibus debita iura uiolare.

Quare

Quar
Eccl
tria
rans
aliqu
L
tis def
cepto
morta
præhe
ueluti
etiam
προτι
etum
fenter
mum
quare
cœlest
quos,
dimu
E
patrin
impic
tus ig
gratia
tenbe
uerim

Quare igitur tam turpe existimatur ob
Ecclesiæ incolumitatem (quæ uere pa-
tria est, nos ad cœlestem uitam regene-
rans) eamq; æternam, & gloriam DEI
aliquos homines offendere ?

Laudatur Aristoteles, quod uerita-
tis defendendæ gratia Platonem Præ-
ceptorem suum, & Socratem, optimum
mortalium oraculo pronunciatum, re-
prehendere non sit ueritus, habeturq;
ueluti pro oraculo eius dictum, quod
etiam charissimis hominibus ὅστις sit
προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. Si igitur ipsi san-
ctum fuit etiam philosophicæ alicuius
sententiolæ causa præceptorem, sum-
mum profecto uirum, reprehendere,
quare nos impie facere existimamur, q;
cœlestis ueritatis defendendæ gratia ali-
quos, quantumuis magnos uiros, offen-
dimus ?

Equidem nescio, cur patria relicta,
patrimonio, omnibusq; chariss. inuito
impio mundo in Germaniam ad peni-
tus ignotos homines, sacrarum literarū
gratia profectus sim, & alibi duos, Vi-
tenbergæ in studijs annos octo contri-
uerim, ibiq; multas pulcherrimas Lu-
theri

theri & aliorum disputationes de constantia præstanda in agnita ueritate audiuerim, si ea, quæ ibi didici, constanter retinere, confiteri & tueri non debeam. Satius profecto fuisset, me nunquam ad Euangelij cognitionem peruenisse, uel potius nunquam natum fuisse, quam postquam semel puram religionem amplexus sum, ita ipsam paruifacere, ut in gratiam hominum pati uelim eandem in corruptelas Antichristi transformari.

Perpendamus obsecro aliquando tandem ueris iudicijs uera bona & uera mala. Nemo nostrum, si quispiam sibi ante oculos fratrem, patrem aut filium iugularet, non putaret se habere omnia iura contra illum agendi extrema quæq;. At iam cum tam multi nostri in Christo fratres miserrime istis Adiphoricis mutationibus extrema morte trucidentur, ociosi spectatores, tranquilloq; animo esse possumus. At qui iugulari multos pios per ista pseudadiaphora ipsimet ministri istius pessimi negocij fatentur. Aiunt enim languesceri & in dubitationem induci
pios.

pios.
stræ re
subue
D
norar
parent
illapfu
capilli
nollet
parent
pillis t
Sic ian
DE C
adular
tores,
quam
tos fu
agatu
ta aut
Christ
amus.
est du
per qu
uefac
pios,
tur, n
num

pios. Languefactus & de ueritate no-
stræ religionis dubitans iam profecto
subuersus est.

Discamus quæso, quid sit uere ho-
norare parentes. Si quispiam uidens
parentem aut præceptorem in aquam
illapsum, nec posset eum alia parte, quã
capillis aut barba arreptum extrahere,
nolletq; id facere, eo quod impium sit
parentes aut præceptores barba aut ca-
pillis trahere, nonne insanire uideretur?
Sic iam profecto parum sani coram
DEO sunt, qui uel tacendo, uel etiam
adulando immergunt potius præcep-
tores, in istud Adiaphoricum exitium,
quam extrahunt, sicq; se pulchre eis gra-
tos fuisse iudicant, cum quidem non
agatur de temporaria, sed de æterna ui-
ta aut morte eorum. Certe mandato
Christi præcipientis, ut fratrem mone-
amus, non obtemperant. Non enim
est dubium, quin fabricando fenestras,
per quas papatus restitui debet & lang-
uefaciendo pios, & confirmando im-
pios, quod ipsimet fabri de se confiten-
tur, non ad uitam æternam, sed ad æter-
num exitium tendant.

G 4

Sæpe

Sæpe in hisce miseris turbis adhuc
Vitenbergæ existens, sic mecum cogita-
ui. Vide, si quis iam quiescit, quam
multa habet commoda. Primum nõ
conijcit se & suos in ullum grauius dis-
crimen. Deinde manet domi & frui-
tur suis redditibus. Tertio habet lau-
dem modestiæ & gratitudinis, nec ac-
cusatur, quod sit turbulentus, stoicus,
ingratus, seditiosus. Postremo retinet
fauorem omnium hominum, præser-
tim eorum, qui sua autoritate & poten-
tia alios euehere possunt. Cogitavi
etiam, uide, tu omnibus subsidijs ad tã-
tam rem necessarijs destitueris, es pere-
grinus, non satis gnarus sermonis, nul-
lius autoritatis homuncio, nulla ex par-
te eruditione conferendus ijs, cum qui-
bus tibi res erit, nullam habes ab ullo
homine promissionem. Præterea istius
negocij est tanta difficultas, ut ei multi
etiam summi uiri cedant. Quare op-
timum tibi erit quiescere, cum alioqui
quietis sis cupidissimus. Nihil igitur
profecto fuisset meo ueteri Adamo faci-
lius, nihilq; suauius, quam præstare istas
tantas uirtutes, quæ iam tãtopere a no-
bis re-

bis req
(qui de
redde

Ac
menon
lorum
tur, uel
concita
mina u
fos solo
non sol
de tam
CHRIST
isti seue
tam for
osus sp

Ab
uera pi
fia fuit
Magist
quem f
alios, c
strum c
qui no
traditi
Antich
uis ma

bis re

ad huc
cogita
quam
um no
as dis
& frui
er lau
nec ac
oicus,
retinet
praeser
poten
gitau
ad ta
s pere
s, nul
ex par
n qui
ullo
a istius
multi
re op
lio qui
igitur
o faci
e istas
e a no
bis re

bis requiruntur, & tantopere in alijs
(qui de ea re certe adhuc Deo rationem
reddent) laudatur.

Ac hic fatebor sane meum peccatū,
me non ita feruere pietate, ut si de so
lorum Adiaphoristarum salute agere
tur, uellem tam multorum odia in me
concitare, meq; ac meos in tanta discrimi
nata uictus, famæ, & uitæ ipsius ob ip
sos solos conijcere. Verum cum uidi
non solum de ipsorum exitio, sed etiam
de tam multarū Ecclesiarum, & ipsius
CHRISTI glōria agi, dent mihi, obsecro,
isti seueri censores ueniam, si non sum
tam fortis epicureus, ut tanta mala oci
osus spectare potuerim.

Ah nihil est iam zeli & feruoris in
uera pietate, ut olim in primitiua Eccle
sia fuit. Nos Christiani habemus unum
Magistrum & præceptorem in Cœlis,
quem solum a patre iubemur audire, &
alios, quatenus & quousq; illum Magi
strum constanter sequuntur. Eos uero,
qui nobis aliud Euangelium, humanis
traditionibus dilutum, & cæremonias
Antichristi proponere uolunt, quantū
uis magni & benemeriti sint, quin eti

G S amfi

amfi Paulus, præceptor optime de Ec-
clesia meritis, aut aliquis Angelus de
Cœlo is esset, tanquam anathemata ex-
treme detestari cogimur. Verum de
hac materia in ipsa Apologia prolixius
disputabitur.

Sed dicet aliquis, concedo sane eos
recte facere, qui præsentibus fraudibus
resistunt, uerum lenius esset agendum
cum istis tantis uiris, & mitiora remedia
primum huic malo quærenda. Id ego
sane diligentissime primum feci, ut ex
sequentibus scriptis liquebit. Pri-
mum tantum supplicationes & le-
niss. monitiones adhibui, postea etiam
liberiores admonitiones. Tertio &
æditas repræhensiones, sed in genere,
in quibus ipsis de rebus dixi, personis,
quantum fieri quiuit, parcens. Misi eis
præterea post meum discessum tres Epi-
stolas, unam ad D. Philippum circa
Principium Iulij, secundam ad Recto-
rem, & tertiam ad totam Scholam, sub
finem Iulij. In quibus eis supplica-
ui, ut præsentis conciliationes Christi
& Belial præmitterent, humiliterq;
me ad omnes pias condiciones pacis
obtuli,

obtulit, sed ad nullam mihi quicquam
μεγαλόψυχοι, homines respondere dig-
nati sunt.

Si quis recte omnes nostras, eorūq;
actiones cognosceret, easq; sincero iu-
dicio perpenderet, animaduverteret pro-
fecto a nobis omnia, seruata Christiana
modestia, lenissimeq; acta esse, pro ut
quidem rei magnitudo pati potuit.
Primo illi passi sunt se contra consci-
entiam suam ab Achitophelibus per-
trahi ad istas Adiaphoricas fraudes, ex
quibus in suis primis bedēcten falsi sūt
secuturas magnas Ecclesiæ perturba-
tiones, quarumq; causam præbere sit in-
gens peccatum. Eas tam diu clam in-
tam multis conuenticulis cum impijs
fabricauerunt & suerunt, donec tandē
putarunt sibi iam omnia parata esse,
subitoq; Lypsæ gutturi Ecclesiarum
non præcognitum laqueum iniecerunt
cumq; illæ nonnihil reluctarentur, eti-
am uehementius attraxerunt.

Ah non potest satis dici, quantū in
ea re tūc temporis nostri Theologi pec-
cauerint. Sed mollius de ea actione
iudicamus, partim quia aliqui eam ig-
nora-

nora-

noramus, partim etiam, quia profecto
zelo domus Domini non ardemus.

Illud Interim (quod profecto fieri
neceffe fuit) a me mediocriter confuta-
tum est, Theologiꝫ, qui me hercle fue-
runt graui repræhensione digniffimi,
leniter perstricti. Tribui eis tantum
Apostolicam quãdam imbecillitatem,
Secundo illi nihilominus in uijs suis
perrexerunt, eosq; qui eorum Adiapho-
ricas mutationes improbarunt, non ne-
cessarij schismatis in Lypfica oratione
accusarunt. Atq; ita sua crimina no-
bis tribuerunt, nos enim nos ab Eccle-
sia non seiungimus, nec quicquam no-
ui instituimus, sed Interimistæ & Adia-
phoristæ fugiendæ crucis gratia se a cœ-
tu Christi separant, & ad turbam Anti-
christi adiungunt. Ei tam graui, falsissi-
mæq; accusationi R. D. N. & ego satis
modeste respōdimus, negauimus enim
tantum, nos esse schismatis causam.

Postremo cœperunt illi in sugge-
stu nominatim nos condemnare (nec
adhuc desinunt) quod simus falsi fra-
tres & proditores, habeamus errantem
spiritum, me esse seductorem, eaq; ius-
serunt

ferunt
qua r
mani
runt
eadem
cusati
fatio
gaur
cufor,
Long
causa
nus ad
C
hacter
cam o
dum e
pectan
euulga
ipsum
cauen
rentur
re & a
iam ir
feste in
mento
pere, &
recens

ferunt scholasticos ad suos perscribere,
qua ratione nos una die per totā Ger-
maniam tanquam infames proclama-
runt, quin & ad regem D. ac Principes
eadem scripserunt. Ei tam acerbæ ac-
cusationi ego nimium leniter, si accu-
satio expendatur, respondi, tantum ne-
gavi me talem esse, qualis ab eis esse ac-
cusor, meamq; negationem cōfirmavi.
Longe igitur lenius a nobis in optima
causa, quam ab ipsis in pessima hacte-
nus actum est.

Obijciunt rursus aliqui, illi nihil
hactenus de Adiaphoris, præter Lypsi-
cam orationem adiderunt, proinde nō
dum essent propalam accusandi, sed ex-
pectandum, donec aliquid in publicū
euulgarent. Respōdeo primum, ob hoc
ipsum magis odio dignæ sunt, magisq;
cauendæ istæ fraudes, quod ita clam pa-
rentur miseris Ecclesijs, ut eas prius uide-
re & agnoscere non possint, quam cum
iam irretitæ tenebuntur. Quod mani-
feste indicat Lypfica actio, ubi uno mo-
mento uoluerunt totam regionem ca-
pere, & in suam nassam pertrahere. Item
recens Grimmica, ubi pastores aliquot
con-

conuocauerunt, eosq; in suam sententi-
am partim pertrahere conati sunt,
partim etiam pertraxerunt. Idem in-
dicant clandestinæ corruptelæ pastorū
qui partim minis, partim blandicijs,
partim etiam muneribus in impiam
sententiam traducuntur.

Oportuisset quidem illos in rebus
religionis, & in Ecclesia Christi aperte
agere. Si quæ putant se posse pie muta-
re, deberent articulos toti regioni, & om-
nibus pijs Ecclesijs proponere, dare spa-
cium deliberandi per aliquot menses, &
postea demum conuocare aliquam Sy-
nodum, & audire aliorum quoq; pio-
rum iudicia, & non ista oligarchica, uel
potius Hispanica consilia sequi, pau-
cissimos quosdam cum impijs, & no-
stræ religionis hostibus confusurrare, &
conspirare. Postea conuocatis alijs
Christianis ueluti suis quibusdam mā-
cipijs mandare, ut decreta accipiant.

Faciunt autem hoc præcipue ideo,
quia sciunt mendacio lucem obeffe, nec
dubitant, quin, si pijs possent mature de
istis ipsorum nouis dogmatibus delibe-
rare, non essent ea accepturi. Quare,

ut

ut dixi, tanto magis sunt istæ fraudes
cauendæ, quanto astutius & oculcius
parantur, Christiꝫ ouiculæ præmonē-
dæ, ut sibi a papisticis lupis in ueste A-
diaphororum in ouile Domini irru-
entibus, caueant.

Secundo euulgant illi satis multa
mutationes suadentia, euulgatum est
eorum scriptum de Adiaphoris, item
alia multa Augustam missa, non mi-
nus, quam si ædita fuissent. Quin etiam
cum unicam Epistolam ad aliquem
scribunt, præsertim, si quid peius in ea
sit, satis multis ostentatur. Ad omnesq;
eius loci literatos circumgestatur, Ad-
hæc in publicis conuentibus, ut Lypsi-
co, Berlinensi & Frâncico, istas suas mu-
tationes publice promouerunt.

Postremo quid necesse est expectare
donec nobis manifeste & Ecclesiæ bel-
lum indicatur, si iam plagas sentimus?
Clam (ut mihi ex multis locis per lite-
teras indicatur) illi sine intermissione
cum per Epistolas, tum circumcurfan-
do, ad se uocando, alios misitando,
tum & alijs modis nobis fundamenta
subruunt. Alios quidem concionatores

in suā ſētentiā pertrahūt, alios quacūq;
occasione poſſūt ab officio (ſi nō ma-
nibus at certe ſua autoritate & aſſenſu)
remouent, ut nuper Torgennes remo-
uerunt. Quorum alter in exilium pul-
ſus eſt, alter uero captis pignoribus do-
mi expectans adhuc grauiora, detinetur.
In eorum locum ſubſtituerunt lupum
ad omnes impietates recipiendas para-
tiſſimum.

Quantum hoc malum ſit, priuare
Eccleſiam fidelibus & conſtantibus
Doctōribus, & ſubſtituere lupos, nemo
facile, ne mente quidem concipere po-
teſt. At interea alijs Adiaphoriſtis
(magna enim eorum turba eſt) donati
ſunt canonicatus Miſnæ, quibusdam
pecuniæ, quibusdam agri & ſyluæ &
piſcinæ. Quam ob cauſam putas pie
lector? Num ex nimia deuotione? iſtis
ne igitur, qui nobis ita clam Hiſpanice
ueram religionem labefactant, conſtan-
tes concionatores pellunt, talesq; pla-
gas Eccleſiæ inſigunt & plane ob ſuum
lucrū Chriſtum produnt, parcendum
adhuc eſſet?

DICET aliquis, at magnum ma-
lum

lum
rum
contr
ad N
am co
agen
derun
cōſeq
muta
papæ
fabric
qui pi
q; co
cum,
riſtar
ſyder
uertat
ſos in
eis in
eſſe u
quut
Lypſi
fuiſſet
one ſ
N
mali,
tamer

lum ex domestico dissidio orietur. Verum sane est. Sed primum uæ illis, qui contra sua propria scripta, ut Epistolâ ad Norinbergenses & alia, contraq; suam conscientiam, ut sæpe confessi sunt, agendo huic scandalo occasionem dederunt. Adhæc longe maius malum cõsequeretur, si iam omnes unân timer mutationes suaderemus, & fenestras papæ in templum DOMINI irrepenti fabricarem, quam quod aliqui sunt, qui pios ad cõstantiam in ueritate, eiusq; confessione hortantur, præsertim cum, si quis diligenter omnes Adiaphoristarum actiones hoc biennio actas cõsiderauerit, & scripta legerit, Animaduertat eos esse adeo imbecilles, ut, si ipsos impij ualde urserint, nec quisquam eis in faciem restiterit, nihil non cessuri esse uideantur. Plus certe scandali sequutum fuisset ex intruso in Ecclesias Lypfico Interim (quod profecto factum fuisset) quam ex mea contra illud scripti one sequutum est.

Non est nunc primum principium mali, aut tantum suspicio quædam, cui tamen obstare pium esset, sed ita progressa

H

gressa

gressa est ista perniciēs, ut propemodū
nobis omnes Ecclesias euerterit. Si alij
pij, qui uel mediocriter ueram religio-
nem curant, audirent eas querelas de
Adiaphoris, quas ego a pijs, prudenti-
bus & fide dignis, uiris audiui, haud
dubie aliter iudicarent. Audiui enim
grauissimos, rerumq; peritissimos uiros
deplorare hanc miseriam, quod nostri
tantum per sua Adiaphora papatum,
non solum alibi, sed etiam in septentri-
onalibus partibus promouerint, ut iam
tria regna breui Interim acceptura ui-
deantur. Et uerissimum est impios ubiq;
q; abuti Adiaphoristarum autoritate in
crucifigendo Christo. Quare & in
Liuonia audio iā eo multos inclinare,
ut nihil non accepturi existimentur.

Proinde pij homines, præsertim qui
in ministerio sunt, si ueritatem conser-
uatam cupiunt, serio se Adiaphoristis
opponere debent, eisq; in faciem resi-
stere, etiamsi sit inter eos uel Petrus, uel
Paulus, uel aliquis summus Angelus de
Cælo. Nam profecto οὐκ ὀρθοποδοῦσι
πρὸς τὴν ἀλήθειαν τὸ εὐαγγέλιον, quod ex-
perientia ipsa clara uoce clamat,

Quo-

QVONIAM ergo suasores Adia-
phoricarum mutationum toties a me
(quanquam & ab alijs multis) separa-
tim tum uoce tum scriptis admoniti
sunt, nec tamen ab istis Ecclesiæ perni-
ciosis actionibus desistere adhuc hodi-
erna die uolunt, cogor mandato Chri-
sti dicere Ecclesiæ, eosq; coram Eccle-
sia admonere,

Dico igitur inuocato Patre, Filio &
Spiritu Sancto, indicoq; Ecclesiæ Chri-
sti æditis eisdē scriptis, quibus eos pri-
uatim monui, præsentēs CHR I sti &
Belial per commentitia Adiaphora cō-
ciliationes, esse meras fraudes. Per quas
id unice agitur, ut impius papatus in
Ecclesiam Christi reducatur, (quod ip-
simeet Adiaphoristæ confitentur) & An-
tichristus in templo Christi collocetur,
ut in sequentibus scriptis latius patebit,
breuiq; Deo uolente prolixius probabi-
tur.

Quare hortor tum totas Ecclesias,
tum & singulos pios, ut hanc puram &
ueram Christi religionem, quam Deus
per Lutherum, tertiū Eliam his postre-
mis temporibus ex ingenti sua bonitate

humano generi restituit, ambabus uis
amplectentes retineamus, nec nos ullo
modo ab ea abstrahi patiamur, omnes
q̄ in uniuersum innouationes extreme
suspectas habeamus, Nam diabolus ue-
re tanquam Leo rugiēs circuit, quærens
quem deuoret, nec quicquam magis cu-
pit, quam ueram CHRisti religionem
corrumpere, tum enim simul uniuersas
Ecclesias uno momento deuorat,
Recordemur obsecro in hisce tantis
discriminibus illarum tam crebrarum,
solicitudineq̄ plenissimarum admo-
nitionum, quibus nos primum scrip-
tura, deinde etiam Spiritus sanctus per
Lutherum monuit, ut uigilemus & ca-
ueamus summa solertia, ne nobis iste
mille artifex Satan aliqua ratione puri-
tatem doctrinæ eripiat.

Sed nos uere tales sumus, quales
uulgus Holandos esse fabulatur. Nam
Luthero uiuente, rebusq̄ fœlicioribus
omnes diximus, *Mar Joann / ich
wil stan für tein man /* Nunc uero in
certamine, cum maxime standi tempus
esset, *αχαιδο* ne pro uno quidē stamus,
Tunc omnes uehementissimē Papam,
& im

& im
Omni
mus
or, &
tur,
rum,
const
nes re
tiq̄ su
dum.
S. Eze
ri seru
V
uero p
Deum
rum,
tum t
singul
ricis n
tende
sequer
alys n
deinc
us pr
M
ta Ec
Achi

& impios reprehendere audebamus. Omnes prolixa uolumina scriptitabamus. Nemo non erat Luthero doctior, & ueritatem constanter confitebatur. Nunc, cum ædificatio Ecclesiarum, & conseruatio ueritatis requirat constantem confessionem, nos in omnes rerum species potius uertimus, paratq; sumus accedendum & concedendum. Atq; ita secundum Euangelium S. Ezeboli (non certe S. Pauli) temporari seruire uolumus.

Verum stet sane, qui uult stare, qui uero plus uult homines timere, quam Deum, ille timeat. Ego iterum atq; iterum, coram omnipotente Deo, moneo tum totam Ecclesiam Christi, tum & singulos pios, ut sibi ab istis Adiaphoricis mutationibus caueant. Quas recta tendere in perniciem Ecclesiæ, tum in sequentibus scriptis probatur, tum & in alijs nostris, aliorumq; probatum est, & deinceps, Christo iuuante, etiam plenus probabitur.

Moneo etiam coram Christo, & tota Ecclesia eisdem scriptis eos, qui se ab Achitophelibus istis sceleratis fraudibus

adhiberi passi sunt, ne pergant contra
sua priora scripta, contra suam consci-
entiam, contraq; ea, quæ sæpe & olim
& hoc tempore de istis conciliationi-
bus Christi & Belial confessi sunt, istas
impias metamorphoses Ecclesiæ Chri-
sti in Ecclesiam Antichristi, in suam
& multorum piorum perniciem pro-
mouere. Sed reuertantur ad eum
cursum suarum actionum, quem uiuē-
te Luthero sunt secuti. Relegant tan-
tum Epistolam ad Norimb. conciona-
tores, eamq; sibi scriptam putent, neq;
enim multo alia moriens Vitus ipsis in-
dicari suo nomine mandauit. Id si fe-
cerint, non solum non ero eis in poste-
rum molestus, sed etiam faciam omnia
ea, quæ pie a me petierint, etiamsi erūt
cōiuncta cum mea summa ignomina,
Quod si pergere uolent in pingē-
dis, & ornandis istis scleratis, in papa-
rum (ut ipsimet fatentur) tendentibus
fenestris, & iuristas aulicos sequi non de-
stiterint, omniumq; piorum monita,
preces & gemitus contempserint, testor
DEVM me eos pro ijs habiturum, pro
quibus tales Christus haberi iubet, alijs.
q; eo.

q̄ eo loco habendos esse ostensurum.

DOMINus Iesus Christus, qui scit me hæc pio animo scribere & agere, regat me, ipsos, & totam suam Ecclesiam in nominis sui gloriam, & miserorum mortalium salutem, AMEN.

EPISTOLA M. F. ILLYRICI coram Exhibita D. Philippo circiter dies 14. post nuptias Augusti principis, Aliquanto ante Celenfia comitia. Anno

1548.

SI tu Præceptor obseruandis, is esses, cuius aures ueritati oclusæ, tantum adulationibus paterent, quærerem apud te potius obsequendo fauorem (quatenus quidem mihi cum pietate liceret) quam uera dicendo odium. Cuius fauorem & prodesse mihi plurimū posse agnosco, & iam sæpius profuisse grata mente confiteor. Verum cum tibi ueritate ac candore nihil gratius esse multis exemplis animaduertierim, ad hæc charitatis ac gloriæ DEI promouendæ mandato urgear, non possum facere, quin tibi ea indicem, quæ non solum ad dignitatem tuam, sed etiam

H 4

æter.